Quelle: https://manuscripta.at/?ID=126
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Aspex patrios comites a litore magnus.
Et fratrem. medias preceps tunc fertur in undas.
Dic ubi sit germane parens. stat summa caput que
Orbis. an occidimus: romanaque magnus ad ulcera
Abstulit: hec fatur. contra quem talia frater.
O felix quem sors aspera alias dispersit in horas.
Quique nefas audis. oculos germane nocentes
Spectato genitore fero. non cesaris armis
Occubuit. dignoque perit auctore ruine.
Rege sub impuro nilotica rura tenente
Hospitiisque fretus (firmus est) superis cumunere tanto.
In pravos cecidit donati victima (donatio) regni.
Vidi ego magnanimi lacerantes pectora patris.
Nec credens phariu tantum potuisse tyrannum
Litore niliaco socerum iam stare putavi.
Set me nec sanguis nec tantum vulnera nostri
Affecere (afflixere) senis. quantum gestata per urbem
Ora ducis que transfixa sublimia pilo
Vidimus. hec fama est oculis victoris iniqui
Servari. scelerisque fidem quesisse tyrannum.
Nam corpus pharie ne canes avideque volucres
Distulerint. an furtivus quem vidimus ignis
Solverit. ignoro. quecumque iniuria fati
Abstulit hos artus. superis hec carmina dono.
Servata de parte queror. cum talia magnus
Audisset. non in gemitus lacrimasque dolorem
Effudit. iustaque furens pietate profatur.
Precipitate rates ex sicco litore naute.
Classis in adversos erumpat remige ventos.
Ite duces mecum. nusquam civilibus armis
Tanta fuit merces. inhumatos condere manes.
Sanguine semiviri magnum satiare tyranni.

Quia multa mala fecerit avi. p. egyp.